



D. O. M. A.

LIB. VII.

DESCRIPTIONIS

Imperij Sveo-Gothici.

De

FAMILIIS

Illustribus & Nobilitate

Sveo-Gothicâ ac Fennicâ.

In Illustri Academia Aboënsi

P R Æ S I D E

Consultissimo & Praclarissimo VIRO,

M. MICHAELE VVEXIONIO,

Juris, Polit: & Hist: P. P. hospite & Promotore plurimum honorando.

Respondente

JOHANNE G. SZJENNA

Nobil. Svec.

Publica ventilationi proposita ad Diem

20. Aprilis Anni 1650.

A B O E,

Imprimebat Petrus Wald/ Acad. Typ. 1650.

Illustrissimo Generosissimoq; Domino,

DN. PETRO B. Rahe/

Comiti in Wisingsborg/ Lib. Baroni in
Ridboholm & Lindholmen &c.

S. & R. & M. tis & inclyti Imperij Sveo-
Gothici Drotzeto atq; Senatori supremo,
Magni Ducatus Fenningiaë Gubernatori Ge-
nerali, Regij Parlamenti Holmensis Præsidi,
Academiaë Aboënsis Cancellario, nec non
Montanorum ac Dalensium Judici pro-
vinciali, Domino & Patrono meo
gratiosissimo.

Incolunitatē & faustum in cunctis successum.

Illustrissime Comes, Patrone gratiosissime, Cum illustre
Tua Generositas S. R. M. tem immortalis cum gloria in hoc
magno Ducatu, ubi per aliquot annos studiorum gratia vixi,
repræsenteret; insuperq; huius florentissimæ Academiaë Can-
cellarii munus magnificè sustineat: Idcirco neminem vis-
deo cui præsentem pagellam inscriberem, meaq; studia potius
quàm illustriss:æ Tux Gen:ti Commendarem; Suscipe itaq;
Patrone Clementissime, hocce libamen historicum tam sereno
vultu, quàm id debitâ animi subiectione offero; meisq; studiis
illo clementiaë favonio, quo genitorem meum semper es prose-
quutus, benignè adspira! Vale illustrissime Patrone, Musæ
sum decus ingens, D E O O, M, humilimè commendatus!

Illustr: Tua Generositatis humilimus Clientis

JOHANNES S. Tierna.

LIBER VIII.

D E

FAMILIIS

Illustribus & Nobilitate

Sueo-Gothicâ ac Fennicâ.

CAPUT I.

De Antiquâ Nobilitate in genere.

PRISCO ævo nulli inter Suecos Gothosve *Nobiles atq; Illustres* (*Adel och Frisborne*) habiti videntur, præter eos qui regio sanguine oriundi erant. Unde & omnes antiquiores ac illustres familiae ab ipsis Regibus originem suam clare deducunt. Potissimum ex familiâ R. Ingonis, *Inglingsläkten* (sicut in Daniâ *Scioldungar* & in Norvegiâ, familia regis Haraldi *Härfager*) & aliorum. Indeq; Nobilitas etiam ad exteros per *Germaniam, Helvetiam & Hispaniam*, cum antiquis *Gothis* transplantata, prout hist: evidenter monstrant. Adeoq; etiâ Nobiliores familiae Hisp. se adhuc *Fidalgos* i. e. filios Gotho-

thorum jactitant. Sic domus *Gusman* è Gothorum regibus originem habere scribitur; Heredia seu Herediarum familia; Gothof: Archont: & Nobilitar. Hisp. item *Comte de Olivares. de Medinâ; de S. Luca &c.* Quin & ipsa domus Habsburgica, unde tot Rom: imp: Hispaniæ aliorumq; regnorum Reges extitere & adhuc existunt, ad Gothos in Helvetiâ sedem figentes originem referre à multis fide dignis, reverà perhibetur. Hinc & ipse Carol. V. se ex Gothico sanguine ortum, gloriæ sibi duxit, ut suprà lib. 2. c. 4. memoratum; & *Lemn: universam totius Europe nobilitatem è Scandiâ & Gothia tractibus profeminatam fuisse asseverat.* Interim & in patriâ clarissimi viri non defuerunt. Cujus enim ex populo & infimâ plebe per virtutis viam ad summa eniti nunquam denegatum fuit: Rustici quippè, hic præcipuum regni fulcrum (ne dicam fundamentum) liberi sunt homines, propria etiam prædia possidentes; quæ expeditis in bellum equitibus, ab omni onere immunia & libera præstare possunt, prout §. 2. c. 11. tit. de Reg: & quotidiana experientia abundè testantur. Jura
insu-

in super in proprijs fundis (præsertim minores feras) venandi, piscandi, avesq; capiend, ab antiquo habuerunt. Vota etiam (olim in Regis electione) adhuc & sessionem in Comitij obtinent. (Quibus privilegij omnes aliorum regnorum & populorum Nobiles, utpote Landsassij dicti, minimè gaudent.) Possunt igitur, vel hodiè, Rusticorù filij per virtutem & eximia in patriam merita, ad summas dignitates exaltari. Scilicet Episcopi, iudices, tribuni militum, equitum magistri, Capitanei, Consules & Senatores Urbium &c. præcedente virtute & meritis fieri. Rusticus enim nobis non servilem, ut alijs, notat hominem; sed *Bonde* quasi *Boende* dicitur; i. e. ingenuus patriota fundum & bona in regno immobilia possidens. Sic olim *En goder Bonde*; dives Rusticus dicebatur, & adhuc dici potest. Undè & quidam *R. Ericum* to. cognomine *S.* talis rustici filium fuisse asserunt; qui ob excelsas doctes regijs nuptijs & coronâ regni est decoratus. Ita & *Sigurd Sirr* in Norvegiâ. etsi regio sanguine ortus, dicitur fuisse bonus rusticus seu agricola (*En godh Bomand*) qui multos

aluit laboratores in agris, agriculturæ & pecuaria sæpiùs intentus. Snorre St. p. 182. & cum nunciũ de S. Olai privigni sui reditu accepit, in agro apud messorum constitutus fuit: p. 190. & 191. domumq; venit ad mutandas vestes priusquàm filio occurreret. Hinc patet quanto in æstimo agricultura & pecuaria, etiam in his septentrionalibus (Non secus ac apud Populum Dei quod S. Scriptura docet.) vel olim fuerit, & nobilitatem non offuscãrit, nedum sustulerit. Domi igitur pauci quondam fuere *Nobiles genere se*: specialitèr sic dicti; ex regibus nimirum per legitimum conjugium descendentes; qui ut plurimum summis officijs adhibiti; ut *Drotzetis, Marschi, Senatorum regni & Gubernatorum &c.* Cæteri virtute solã inclarescentes, quorum dignitas temporalis; neq; ad posteros devoluta est, nisi id peculiari facinore meruissent; Quales *Aurati Equites, Legiferi seu iudices provinciales & territoriales*. Posteaquam verò sub exoticis regibus, quorum primus erat *Albertus Mechelburgicus*, solennis nobilitandi mos invalescere & frequentari coepisset; numerus etiam Nobilium magis

magisq; accrevit; compluresq; nobilitatis grad⁹ olim etiam observatos ex ipsis legibus deprehenditur: utpote 1. *Illustrium* *Frifborne/ Equitum & nobilium de Senatu*; 2. *Equitum & nobilium extra senatum*. 3. *Nobilium equitibus æquiparandorum*. c. 23. *Rong; B. L. L.* Sed nunc ad specialiora,

C A P. II. *De Regijs familijs.*

REges quoniam omnis nobilitatis fons & scaturigo sunt; de præcipuis eorum apud Sueo-Gothos familijs domesticis, initio aliquid notandum. Plurimæ quidem illæ fuere, quarum multæ altâ oblivionis nocte jam sepultæ jacent, indeq; certarum Genealogia erui non potest; ut nunc primos gentis fundatores taceam. Inter celebriores tamen hæc añotatæ inveniuntur. 1. *Bericonis* illius, etiam in exterorum Historijs celebrati, (quem alij *Bericum*, alij *Ericum* nominant) qui primus omnium è Scandinaviâ in transmarinas oras exercitum eduxisse, & longè latèq; imperium propagasse scribitur. Ejus stemma domi in Solio Sueciæ, Gothiæ & Dantiæ, ad octavam usq; genera-

tionem perduravit. Ut ex *Iob. Meßenij Theat. genealog. 10. videre est.* 2. Nec minùs diuturnitate celebris fuit fortissimi Sueciæ, Daniæ & Norvegiæ regis *Svibdageri* familia, quæ ad nonum ulq; gradum, in solâ masculâ lineâ, continuata legitur *ibid: genealog. 11.* 3. Nec tacenda regis Svecorum Gothorumq; *Erici disertissimi & sapientissimi*, qui *Julio & Augusto Cæs:* contemporaneus fuit. Cujus posteritatis genealogia ad septimû nequitur gradum, ulq; *Asmundum* Norvegiæ regē; unde cæteri ejus Regni Reges & Principes antiquissimi originem suam arcessunt. 4. Cum primis verò celebris est familia *Ingonis* i. Regis Ublâ-
lensis, à quo Sveonum reges multo post tempore *Inglingar* dicti (non secus ac Danorum à Rege *Sciold Scioldungar*) *Unge* enim Gothicè filium seu natum significat. Duravit in hoc stemmate regum Suec: successio diutissimè; prout & in *Chronic. Norveg.* *Sturlesonij* ad 21. ^{man} generationem extenditur. At ex annalibus Sueciæ, continuatione factâ, insertis etiam *Astride Gothia Principe, R. Erici victoriosi fil.* & **CHRISTINA** *Ingonis quarti filiâ, S. Erici conjuge ad Ericum X. m Suec: Regem*

Regem dilatatur; Ex quo etiam modernum nomen
 regium, non excluso sexu foemineo, haud incommodè deducitur. 5. Ubi etiam Herothi Regis familia
 per multas generationes in regibus Sueciæ
 & Daniæ extenditur. 6. Quemadmodum
 etiam multi Reges Norvegiæ ex familia R.
Suec: Olaj Trätelga descendunt, usq; ad Olavum
Haquini R. Norv. & Margareta filium, Magni
III. Svecorum R. nepotem. 7. A tempore In-
 gonis 4ti Svec: Reg: Anno CHR: 1120 dece-
 dentis, duæ familiæ regiæ, mutuâ æmulatio-
 ne se invicem concusserunt, è quibus alter-
 nis reges sumpti, nimirum Svercheri II. Se-
 nis (*Hin Gambles*) & dicti S. Erici, ejusdem
 Ingonis generi. Svercheri familia in pro-
 nepote, R. Johanne juvene ejus nominis I. an:
 CH: 1222. quoad lineam rectam defecit. pro-
 nepos autem ex nepte fuit etiam D. Birgerus
Zerl/ de quo mox infra. S. Erici stemma,
 itidem ad pronepotem usq; R. Ericum Bal-
 bum, continuâ serie, Suec: Reges dedit. Hu-
 jus Regis Erici Lespe sororem, Regis Erici X.
 filiam ducens fortissimus Ostgothorum, P:ps
 Birgerus *Zerl/* D. Simonis Regis Svercheri
 Senis filij ex filiâ nepos, Regis Waldemari &

Magni Ladulæ Parens, novam regum profa-
piam excitavit: quæ in Rege Erico 12. Sveci-
æ & Haquino Norvegiæ Rege, Margaretæ
Danicæ marito, (vel potius hujus filio Olao)
R. Magni, III. filijs post quartam generatio-
nem defecit. 8. Alienigenis regibus abjectis,
qui ultra se quiseculū hæc regna affligerunt;
(Nisi quod Carolus 8. Sveciæ, Gothiæ & Norvegiæ R. ex antiq-
quâ Bondorum familiâ inter Christophorum Bavarum &
Christiernum primum insertus sit, nec non fortissimi Sturæi,
regni Gubernationem susceperint.) Tandem felici
sydere vicissim illuxit *Stemma Gustavianum*,
quod alterum jam seculum, utinam adhuc
diu! Regnis hisce maximo fuit solatio, ho-
nori & emolumento. Cujus stemmatis
Genealogias ex laudatissimis antiquissimo-
rum Sveo-Gothicorum regum familijs, im-
peratoribus, regibus atq; Principibus Euro-
pæ vel sanguine vel affinitate annexas, vide-
at cui volupe, apud Messenium & Chronic:
Gust: 1. part. 1. in pr. luculentissime. Nec
in re manifestâ multis opus verbis. Cun-
ctis quippe mortalibus notum Sereniss: ac
Potentiss: Reginam CHRISTINAM; mo-
dernam, Monarcham omni laude dignam,
ut immortalis gloria præesse; ita majoribus
Chri-

Christianis Regibus augustissimis & Heroibus,
sine intercapedine, summis: utpote patre
Rege *Gustavo Adolpho M.* qui vel solus adori-
ginis celebritatem sufficeret; avo etiam Re-
ge *Carolo 9.º* & proavo Rege *Gustavo I.º* Pa-
triæ & Orthodoxæ religionis defensoribus
ac propugnatoribus acerrimis, prognatam
esse. Ut nunc reges priores, Principes, E-
piscopos & Regni Magnates, heroës excel-
lentissimos, ex quibus illi originem repe-
tunt, brevitatis causâ silentio involvam.
Neq; enim omnes ut dictum, regis familiæ antiquiores, minus
durabiles aut ex illis descendentes hic inseri possunt.

CAP. III. *De Principum & Ducum
Familijs.*

REGUM priscorum filij jam adultio-
res, vivo parente, assumptis navibus & cen-
tenis aliquot viris, piratas insequuti, aut ipsi
piraticam exercuerunt, ut de filijs regis *Ala-
rici Ingui & Ulwer/* filijs *R. Ingui Torunder
& Erich;* alijsq; antiquum *Chronicon Sveo-
Goth:* loquitur: & tales etiã appellabantur
vulgo *reges*. (Sed *Nääs Konungar*, quasi peninsulares
reges, aut *Wjffingar* i.e. sinuum maris Domini, *Nääs* enim
peninsulam & *Wjff* sinum maris Goth. denotat.) Nec

ullam regionem possederunt, prout cit:
Chron: c. 14. in vitá R. Øysteni refert; *multos
tüm regium sibi nomen arrogasse, quibus nulla ter-
ra, ditto aut provincia erat: Reges Maritimi
Siö Rungar dicti; qui nunquam ex rivis & fon-
tibus biberunt; neq; sub tecto fumigante dormie-
runt.* Mortuo autem Patre cum plures ef-
fent filij, regna primitus inter eos divisa sunt;
unde tot reguli, ut alius esset *Ostrogothie*, alius
Sudermannie, alius *Nerikie*, alius *Uplandia*, &c.
prout c. 15. Chron: indigitatur, & sup. in Chorograph. descr.
innui. Atq; hinc regni vires haud parü dislo-
lutæ, donec tandem unanimi consensu con-
clusū sit, A. Chr. 241. unum debere esse regē,
unamq; regalem coronam Regnorum Sve-
ciæ & Gothiæ prout c. 2. Tit: de reg: inser-
tum habetur. Regum autem filij, mino-
rennes præsertim, non P:pes aut duces; sed
Nobiles, Junctore tantum dicti sunt: quod
varia diplomata & documenta indicant.
Ut patet ex c. 16. *Erffo B. Helsing. L.* & literis
Varbergi A. Chr: 1243. datis, quibus filius Re-
gis Svec: Magni Erici Junctore *Erich* rex
Seanorum confirmatur. Hisce tamen jam
adultis certi Ducatus aut Principatû assigna-
ti fu-

ti fuerunt. Ita R. Magni Ladulås filio natu
maximo Regia corona & regnum cessit, Val-
demaro Fenningiæ Ducatus, Erico Gothia.
Sic etiam præcis temporibus multi in historiis Ostro-Gothicæ
Principes, qualis Birgerus Terl/ Benedictus, Folcho, Suno, i-
tem Sudermanniæ & cæterorum ducatum, qui & alias passim
Duces & Comites Suet: Gresswar & Terlar nominantur.

Paritèr post hereditariam successionem
superiori seculo plenè introductam & com-
probatam, Duces & P:pes hereditarij decla-
rati. Nimirum Gustavi I. mi filio primoge-
nito R. Erico, 14. Regnum & corona; D.
Johanni Principatus Fenningiæ, D. Magno
Ostrogothiæ & D. Carolo Sudermanniæ &
Nerikiæ Ducatus assignati fuere. Quos
tanquam feuda ab ipso Rege & Coronâ a-
gnosceretenerentur. Unde & in Corona-
tione ejusdem R. Erici XIV. cum is in Regem
Sveciæ, Gothiæ & Vandalicæ proclamatus
esset, solio insidens; sceptrum alterâ, pomû
aureum alterâ manu tenens, astantes P:pes
Iohannes, Magnus & Carolus fratres, ducales su-
per capitis coronas gestantes, ordine pro-
cesserunt, genibusq; innixi homagium, Sec-
retario regio verba præeunte, Regi præsti-
terunt, posteaq; osculo & blandâ palpatione
à REG

à Rege excepti sunt. Sed stemmata ista Ducum & Episcopum hereditariorum in hisce regnis planè iam defecerunt.

Sunt tamen & nunc temporis in Sveo-Gothico imperio P:pes, quoad sanguinem maternum ex antiquo stemmate regio Sueo-Gothico videlicet R. Caroli IX.ⁿⁱ ex filiâ & Gustavi M. ex sorore, Seren: olim Catharinâ nepotes; quoad masculinam lineam ex antiquâ & celebri domo Palatinâ in imperio Romano-Germanico à *Ruperto imperatore Romano* descendentes; videlicet Celsiss: P:ps *CAROLUS-GUSTAVUS Comes Palatinus ad Rhenum in Bavaria, Dux Iulia, Clivia & Montium, Comes Veldensis, Spanheimij, Markia & Ravensburgi, Dominus in Ravenstein S. R. M.^{nis} Regnorumq; Suecia & Gothia Exercituum & status militaris per Germaniam Dux Generalissimus;* Nec non Celsiss: P:ceps D. JOHANNES ADOLPHUS, itidem P:ps Palatinus ad Rhenum &c. Cui, superiori anno, Illustr: Comitis D. PETRI Brahe &c. Regni Drotzeri &c. Filia unica illustriss: D. ELSA-BEATA Brahe/ Comitissa in Wisingsborg &c. ex antiquo Sveo Goth: sanguine regio, nupsit. Omibus vitam longævam, conjugium faustum, omnemq; felicitatem devotè comprecor!

CAP. IV. De Comitibus & Baronibus Sveo-Goth: & Fenn: in genere.

Comitum tituli prisco ævo haud inutilitati, aliquandiu tamen intermissi; uti & Baronum, superiori seculo in maximè solenni coronatione R. Erici 14.^o ingenti pompâ recepti sunt. Scilicet juramento, à principibus hereditarijs præstito, ab eodem Secretario. *Comites* proclamabantur. D. Svan-to Sture in Hörningholm/ Comes in Stefehholm & Wåsterwijf/ Dn. Petrus Brahe in Ridboholm/ Comes in Wisingsborg/ & D. Gustavus Johanson in Hagha; Com: in Bogesund. Hi primo togâ ex candido damasceno inducebantur, postea per supremum præconem gladio accingebantur, & tandem major tunica superinjecta est. Quo ornatu Regem propiùs accesserunt, in genua procumbentes. Tum Rex *Coronis* eisdem Comitum imposuit, & sinistram maxillam gladio levitè percussit, inquit: *Defendite masculè Patriam vestram & Regnum SUECIAE.* Indeque & illi jusjurandum præstiterunt.

runt. Et tandem, quod in proximis præcedentibus Comitijs, ab omnibus Regni ordinibus, unanimiter conclusum atq; decretum fuit, ut more majorum, quibus *Zerlorum* dignitas frequentata fuit, *Comitum ordo* postliminò rursus introduceretur, Tympanorum æneorum & Tubarum applausu promulgatum ac publicatum fuit.

Novem prætereà Barones eodem tempore proclamati sunt; videlicet D. Gustavus Olai de *Tärpa* cogn: *Steenbock*/ *Steen Erichson* de *Gråffznåås*/ *Leyonhuffwud*; *Byrger Nilson* de *Wijnås*. *Gabriel Christierson Oxenstierna* de *Mörby*; *Lars Glenning* de *Sundholm*/ *Carl & Jöran Gere* de *Björckewijk & Allenö*/ *Elaas Christierson Horn* de *Åminne* in *fennigiä*; & *Erich Göstafsson* de *öresten*. Quod laudabile exemplum, quoniam ad regni decus & virtutis incitamentum spectaret, cæteri etiam ex *Gustavianâ familiâ* in solio successores, optimo consilio sequuti sunt. Nam & *Rex Iohannes III*, fratri surrogatus, in suæ coronationis solennitate, prædictum D. *Steen Erichson Leyonhuffwud*/ Comitum in *Nasborg* creavit; Et D. *Nicolaum Gyllenstierna* de *Lundholm* & *Foglewijk*/ R. S. Cancell: D. *Hogenschild Bielle* de *Läckö*; Pontum De la *Guardie*, exercitus Ductorem fortissimum

tissimum, & Dn. Claudium Flemming de
Swidia titulo Lib. Baron: insignivit.

Et R. CAROLUS IX. D. Swante Bielske de Kråkerum/R. S. Cancellarium: D. Nicolaum Bielske de Soalstadh/ & D. Abrahamum Erichson de Ekeberga/ eadem Baronatus prerogativâ, maximis præcedentibus meritis, exornavit.

Sic etiam Regum maximus, R. GUSTAVUS ADOLPHUS M. incomparabilis virtutum æstimator, Comitum inauguravit, Illust: D. Jacobum De la Guardie de Lectô: Liberos Barones verò Prælost: Dn. Carolum C. Gyldenhielm L. B. de Bergwara/ Regni Ammiral: generalem; & D. Johannem Skytte L. B. de Duderoff/ &c.

Nec infima laus est *Sevenis:æ ac Potentissima Regina Moderna D. CHRISTINÆ Svec: Goth: Vandalorumq; Regina &c.* quòd ingentia merita, illustrium virorum, præclarasq; virtutes, Sago togaq; arte & marte declaratas, in suis fidelibus subditis, consimilibus titulis, dignitatibus & honoribus, ac nobilitatis privilegij, remu-

nere

neretur, excitet, confirmet. Prout infra modò præ-
tebit. Cumq; laudatissimæ & immortalis recordationis R.
GUSTAVUS M. omnem mentis aciem in Patriæ commo-
da cunctorumq; ordinum incrementum intenderet: Specia-
liter ad amplificationem, decus, honorem & emolumentum
Equestris ordinis non modò eiusdem privilegia confirmavit &
adauit; verum & Illustre Collegium (Ridder-Hus voca-
mus) in ipsâ metropoli Holmensi excitavit; ubi in Comitibus
& conventibus publicis omnes Illustres & Nobiles congregan-
tur, consultant, deliberant atq; vota habent per tres classes,
prout matriculæ inserti sunt, hoc ordine.

CAP. V. De Primâ Classe Illustrium.

Ad primam Illustrium Classē referuntur.

COMITES & BARONES, his-
ce titulis & gradibus à Sueciæ Regibus
condecorati; qui uti & cæteri, secundum
ordinem quo in *Illustre hoc Collegium* recepti,
sessiones obtinent, hâc serie:

COMIT: **B R A H E** de *Wistingborg*.

Hæc familia velut ordine prima, ita etiam
inter præcipuas ex antiquo Regū Sveo-Got-
thicorum sanguine originem trahit: Quippe
D. Andreas de Mohammar qui ante tria seculis
vixerat, *R. Svec: Svercherum sen:* agnatio-
ne masculâ attigerat; cuius pronepotis *D.*
Israëlis Birgeri, senatorii Regn: Svec: in Regis
novi

novi electione ratio habita. Qui tn. sceptrū
 sui Regis amori postponens, cum eodem
 Norvegiam exul petijt. Hujus matris patruus
Gothia Princeps & Regni Gubernator Dns. Birgerus
Zerl/ R. Erici 10. Sororius; & Regum Walde-
mari & Magni Lodulås parens fuit. Ex eo-
 dem stemmate erat *S. Birgitta*, nempe præ-
 dicti *D. Israël* soror; quemadmodum ejus-
 dem ex filiâ abnepos *R. Svec: Carolus 8. vus* cu-
 jus ex sorore nepos fuit *D. Ericus Johanson*
Wasa de Nidbohlm/ R. Gustavi 1. mi parens.
 Hic *R. Gustavus* sororem unicam *D. M A R-*
GARETAM *Wasa/ Dño Ioachimo Bragde/*
Eqv: Aurato & Reg: senatori in matrimoni-
 um dedit. Quorum filius **D. P E T R U S**
Bræhe senior, ut R. Gustavi 1. mi ex sorore ne-
 pos, ita trium Regum sc: *Erici 14. ti Joh: 3. tii*
& Caroli 9. mi consobrinus sive amitinus fuit;
 conjugis etiam sororem, *Dn. Catharinam*
Steenbock Reginam vidit; nec non hujus &
 illius amitam *Margaretam Leyonhuffwud/ iti-*
 dem Reginam *Sveciæ*. Vitricus eiusdem *D. Petri*
Bræhe Sen: factus D. Comes Johannes de Zöña; cuius filius,
Com: Joh: de Zöña Junior, Comitis Petri Bræhe frater
 uterinus, ultimus in illâ familiâ & *Episcopus Osnabrugensis,*
Mindensis & paderbornensis fuit. Unde Illust: familiz
Z **Com:**

Com: Brahe haud exiguum ius & pretensio, adversus domum
 Brunsvicensis, de relictis ab ipso allodialibus atq; mobilibus
 bonis enata. Ille, inquam, D. Petrus Brahe
 senior ab Erico 14.^{to} Svec: Rege Comitum,
 uti dictum, dignitatem accepit; & Comes
 in Wisingsborg/ itemq; L. B. de Nydholm &
 Lindholmen inauguratus est. Nec modò Re-
 gni senator, verùm etiam Drotzetus sive Ar-
 chidapifer fuit. Quæ dignitas hanc fami-
 liam diu in filio, D. Com: Magno Brahe co-
 mitata; nunc etiam in nepote, Illust: Dn.
 P E T R O Brahe &c. immortalis cum
 laude revivuit.

Nec tacenda hîc laus fortissimi Herois,
 D. Nicolai Brahe Com: de Wisingsborg &c. qui
 (ut Frater, prædictus D. Petrus Brahe/ legio-
 nis 8. cohortium equitum Smolandicorum
 Ductor.) 8. cohortium peditum Ductor R.
 Gustavum M. anno 1630. in Germaniam co-
 mitatus est. Hic inter alia præclara facinora, &
 egregia fortitudinis specimina, ob quæ Regi charissis-
 mus exiit, primus Rhenum, primusq; Lycum,
 nobilissima Germaniæ flumina, armatâ manu
 transijt tandemq; in prælio cruentissimo ad Lutze-
 num unâ cum Rege suo. fortissimè pugnans, victo-
 rius onustus Anno 1632, 6. Novembris lethaliter
 vuls

vulneratus est. Filium posthumum, sibi cognō-
minem, ingentis spei nunc JUVENEM, & filia-
am Com: *Elsam* Brahe Illust: Com: Erico De
rensterna Generali Austriæ Gubernatori, ante
sestquiannum nuptam, reliquit.

Interfuit etiam pugna isti famosa olim, 4. to à nat: Chri-
sto seculo, in campis Bravallinis Smolandix, à parte Svec: R.
Haquini Ring victoris, contra Haraldum Syldetand Dan.
R. heros quidam Brabi/ teste Sax: Quem ex eodem stem-
mate fuisse haud absouum videtur.

Comit: Leyenhuffwud de Raasborg.
Quæ familia Reges itidem sanguine & affi-
nitate, quàm proximè, attingit. Siquidem
D. ERICUS de Söholmeh/ Eq: Aur: & Gu-
bernator Westgathix generum habuit Regem
Gustavum I. itemq; ex nepte ac pronepte R.
Gustav. & R. Ioh. III. affinitate sibi junctos.
Illius D. Erici fil. D. Steno Comes in Raas-
borg & Stråffmåås/ jam vitâ functus, cum pro
R. & patriâ cecidisset, in solatium conjugis
& liberorum à R. IOHANNES III. uti di-
ctum, Comes est proclamatus. De quo
stemmate elegantes apud Messen: paraphr. in
Theat: Nob: Svec. c. 19. p. 14. Schinneri, versus
extant. Ex quâ familiâ insignis adhuc He-
ros superest, Illust: Com: Gustavus Adolphus

de Maastorg: egregiâ fortitudine etiam in bello germanico clarus, unâ cum fratribus illustrissimis ac fortissimis.

Com: De La Guardie in Sersô.

Hæc familia, ut nomen indicat, è Galliâ est. Quippe D. Pontus De La Guardie, heroicâ in bello Moscovitico fortitudine, (ubi superiori seculo exercitus ductorê egit strenuissimû) sub R. Johanne III, declaratâ, Baronis titulû meruit: veluti deinceps *filius Illust: Heros D. Jacobus De La Guardie, Com: in Sersô/nunc Regni Marschus &c.* Parentis virtutem non modò imitatus, sed summâ felicitate supergressus, Moschorum terror evadens (Cuius gesta lingvâ ruthenica in symposiis passim Moschovitzæ cantant,) comitivam ab incomparabili virtutum æstimatore *R. Gustavo Adolpho M.* digne assequutus est. De quibus etiâ extat carmen *Schaum ij in cit: Paraph: c. 19.* Superfunt & ingentis spei filij ex conjugio *Illust: Com: Etba Brahe de Wisingborg &c.* *Illust: Comes D. Magn^o Gabriel, General: Livoniae Gubernator,* cui nupta Celsiss: Princeps *MARIA ELEONORA Com: Palatina ad Rhenum &c,* Serenissimæ R. E.

GINÆ amitina. Necnon; D. *Jacobus Casimirus*; & D. *Pontus Fridericus De La Guardie*, Comites in *Scodh L. B. de Ekholmen &c.*

Comit: *Drenstierna de Södermöre.*

Comitiva hæc primùm Illustrissimo Heroi, Regis GUSTAVI M. fidissimo Nestori, belli pacisq; arbitro, D. AXELIO Drenstierna/Regni Svec. Gothiaq; Sc: & Cancellario inæstimabili; ob res plus quàm humanâ prudentiâ felicissimè gestas, fidelem ac faustam rerum in Germaniâ, nutu S. R. M. Illustrissimorumq; Regentû, directionem; & immensa in patriam merita, restituta inter Svecos Danosq; anno Chr: 1645 pace, à modernâ Regina Sereniss: & ac Potentiss: D. CHRISTINA, Regina nostrâ Clementissimâ collata est. *Sterna Drenstierniorum* antiquissimû est, in quo longâ serie abavitas viq; regni primates, Senatores, Gubernatores & A. Eq: numerantur; quales, D. BENEDICTUS Nic: fil: Eq: A. & Sen: Regni an: 1379. D. *Benedictus* & D. *Nicolaus* fil: D. *Johannis*

hannis de Saalstady fratres, in absentia R. Christoph: & ab eisdem morte an: 1442. Regni Gubernatores fidelissimi; *Dn. Iohannes Benedicti* de Saalstady Archiep. Upsal: & Regni primas, qui R. *Carolus 8.* deposuit. Cujus laudes vid: apud *Messen: & Ioh. Magn.* Sanguine quoq; & affinitate hanc etiam familiam Regibus conjunctam *Theatrum Nobilit: Svec:* satis superq; edocet. Quantam etiam laudem mereantur filij superstites, tanto parente dignissimi, *Illustriss: Comes Iohannes Oxenstierna* Regni Sen: Et tot jam annos, tantoq; cum successu regius in Germaniam Legatus & pacificator: Nec non *Illustriss: Comes Ericus Oxenstierna* Generalis *Aethiæ* Gubernator &c. Universo orbi satis in propatulo est.

Comit: de Wasaborg.

Cujus domus Antesignanus & volente altissimo, propagator existit *Illustriss: D. G. USTAVUS, GUSTAVI* Magni haud degener proles, Comes in *Wasaborg/ Lib. B.* in *Wibholm* & Dominus in *Saris/ Regni Senator,* & *S. R. M. tis* Consiliarius; qui ut Reges numerat avos atavosq; ita heroicis virtutibus se len lens, eximia fortitudinis documenta

menta, non sine sanguine & cicatricibus, in bello Sveo-Germanico reliquit. Ut igitur filios atq; nepotes tantâ stirpe non indignos videant, tota patria exoptat.

Comit: ab Orjala.

Quam comitivam primus meruit fortissimus Heros Illustr: D. *Etnnar Forstensfott/ Comes in Orjala/ Lib. B. in Wjersta/ Dominus in Forstena/ Nesta & Nafsch/ Regni Senator & Campi-Marschallus; antiquo ac nobilissimo sanguine Sveo-Gothico satus.* Cuius gesta, fortunam & virtutem militarem, vel hostes ipsi in proximis bellis Germanico & Danico obstupuerunt, omnisque posteritas perpetuò admirabitur. Undè & eidem hanc dignitatem, quibus sinceri patriotæ ex animo gratulantur: & ut in Illustriss: filius magis magisq; efflorescat, unanimiter complectantur.

Nec isti solùm Comitatus, intra regnorû Sveciæ Gothiæq; limites siti, ad illustre collegium p. t. referuntur; verùm etiam *Comitatus Pernarø in Livoniâ*, quem Illustriss: Com: de *Thurn/* ex Italiâ quidem & Austriâ oriundi; Sed ut in Bohemiâ, Moraviâ & Germaniâ Com: *Henricus Matthæus Thurrensis*, cum filio magnis gestis noti; ita ingentibus meritis præclarissimè, à filio, patre & avo, in bello gestis, *Corona Sveciæ des*

vineti, tenent. Quorum hic mentio inseritur, idq; sine ullo præjudicio, cum comitatus extra regni, strictius accepti, limites jaceat (etiam si prædia non pauca in ipsâ Sveciâ obtineant) nec certam adhuc sessionem in illustr: collegio designatam esse cognovi. Hanc autem & locum assignare, S. R. M. eis & ipsius illustris collegii esse, cuius prudenti constat. Quorum decreto & dispensationi, in Maiori Opere, me lubens accommodabo. Et hæc de Comitibus Sveciæ, quos hæctenus in hanc seriem illustris collegii relatos intellexi.

BARONES HI NUME-
RANTUR.

Steenbock de Torpa/ Öresten &
Eronbäck.

Quæ familia etiam perantiqua est & complures olim Regni: Svec: Armigeros, Legiferos & Castellanos, Regum consanguinitate ac affinitate celebres, suppeditavit. Primus in eâ D. Gustavus Steenbock/ Ostrogothiæ Gubernator, Regniq; Marchus, Liber Baro est salutatus; cuius filia D. CATHARINA Gustavi I. mi. tertia conjunx & Regina Svec: 60. post ann: in castissimâ viduitate agens, à quam plurimis Regibus, Reginis, & Imperatrice ipsa, mater salutata fuit. Superfunt adhuc ex eodem stemmate in utroq; sexu magna lumina, excelso loco fulgentia.

Oxenskierna de Mörby.

Quæ familia eadem cum illustriss^a de Rimito primordia agnoscit. In hac illust: D. Gabrielis Gustavi, illust: Regn: Cancellarij fratris germani, ante aliquot annos Regni Drotzeti, filij & nepotes florent; in illâ Illustriss: Rego: Thesaurarius D. Gabriel Benedicti, cum filijs & nepotibus coruscat. Nec desunt in eadem familiâ, ex aliâ tamen lineâ, viri fortitudine incluti.

Orn de Uminne in Fenningiâ.

In quâ familiâ, etiam antiquâ, prius L. Bar. extitit D. Claudius Christierni, R. Erici 14.ii Amiralus, qui superiori seculo classem Danicam Lubecensi junctam vicit & dissipavit; adeoq; in freto Drefund/ in conspectu Dan: vectigal aliquandiu sustulit. Ipsi cognominis adhuc, magnâ cum laude, superest nepos; ejusq; filij & nepotes.

Gyllenskierna de Sundholmen.

Hoc stemma, adhuc in Sveciâ, Poloniâ & Daniâ florens, ex Ottincaro, regiâ Danorum stirpe prognato; (*Cujus Saxo lib. 10. & Crantz: metrop. meminerunt.*) Andr. Vellej, juxta Ad:

Brem: deducit. In Sveciâ certè perantiq̄vum est; à D. Nicolao Catilli Eq: A. & Sen: Regni Svec: ann: Chr: 1360. originem repetens. Hinc per D. Ericum de Winstorp. Eq. Au. & Castellatum Borcholmensem, cui CHR I- STINA filia R. Caroli 8. nupsit, regiâ affinitate decoratum. Ex quo non pauci regni Senatores, Drotzeti & Cancellarij alijsq; summis officijs claruerunt. Vid. elegans Hasslobii carmen, in paraph. Messen: p. 141.

De La Guardie de Lesholmen.

De qua familia supra. Est enim ex eadem origine cum Com: de Lesh. At quoad lineam masculam in D. Johanne De La Guardie Regni sen: ante aliquot annos decedente, desijt.

Ständ de Zeutenborg.

Origine teutonica est, in Svecia jam etiam sepulta.

U Elze de Saalstadh & Kräferum.

Prosapia ante annos 350. per E. Auratos Regni Senatores, variosq; Magnates & Regni Governatores, Cancellarios & Legiferos, originem deducens. Birgitta D. Tu-

ronis de Kråkerum Eq: A. filia R. Caroli 8. vi
 conjunx fuit. Ut Gunnila D. Johannis Gu-
 bernatoris Ostrog: filia, R. Joh: 3. iii: atq; Jo-
 hannis Ducis Ostgothiæ, & Reg: Svec: P. p. is
 hereditarij mater. Huic etiam ex incompara-
 bili Eloquentiâ & eruditione, vel in exteris admis-
 rationi fuit D. Steno Sveciæ regni Senator & Le-
 gatus regius: Alij, excellentes Heroës ex eadem
 adhuc florent. Add: encomium Schinneri quod habet
 Messen: paraph: c. 16.

Gyldenhielm de Bergwara.

Hunc Baronatum meruit illust: D. Caro-
 lus Gyldenhielm general: nunc Regni Ammi-
 ral: & c. Rege Carolo ix. no genitus; Ob
 præclara in patriam merita, & duodecennaa-
 les in Poloniâ carceres. In cujus insignia,
 non inconcinnè, sic Poëta cecinit.

Herois hoc insigne, Lector, Caroli;
 Galea decorus aureâ qui nomine,
 Re Palladis Martisq; dignus tegmine,
 Bellator eruditus atq; strenuus.
 Rex Sveciæ huic insigne fortitudinis
 Testem Léonem, præmii loco dabat.
 Vincitum sed esse vult leonem compede,
 Captivitatis indicem Poloniæ.
 Quam pro parente ac patriâ Heros pertulit
 Senis bis annis; parte mediâ temporis
 Ferrata, contra pacta, porrans vincula,

Conclusus arctè; & aere & foetearent,
 Taurina & illi sunt dicata cornua,
 Sertum rosarum quæ suave separat:
 Frangentis hostem roboris iustum decus,
 Victoriæq; gloriosa præmia.
 Huic Nympha trinam iuncta nymphæam gerens,
 Ribbingiorum nata prisco stemmate
 CHRISTINA, Martis quæ dolorem temperet;
 Ac dulce refrigerium in ærumnis ferat,
 Natura plantæ ut frigus efficax dedit.

SKYTE de Duderoff.

Ab illust: D. Johanne SKYTE; eruditione,
 prudentiâ & eloquentiâ incomparabili
 quondam Heroë, R. Gustavi Adolphi juveni
 institutione, varijs legationibus, senatoriâ
 dignitate, alijsq; gravissimis negocijs felicissimè
 gestis, immortalè memoriæ meritò cepit; & adhuc
 in illust: filijs & nepotibus eadem familia
 mirificè crescit. *Uterq; hic Baronatus Gyldenhielmianus & Skytitanus à R. Gustavo M. in præmium virtutis collatus est.*

SPANS. Familia origine Anglicæ est; sed per merita in regni Svec: illustre collegium recepta.

Riffwinhåller. Ortu germanica; sed pari de causa hic incorporata.

Eparre

Sparre. Antiqua valdè in Sve-
 cia profapia Regibus, ante complura secula,
 affinitate juncta. Nam D. Nicolaus *Six-*
tensson/ Regni Magnus (cujus parens erat Dn.
Sixten de Zoffta R. Armiger) quadringentis
 abhinc annis *Måretam R. Erici X.^{mi} filiam,*
R. Erici XI.^{mi} sororem, conjugem habuit.
 Indeque permulti regni Drotzeti, Marschi,
 Cancellarij, Armigeri & E. A. fuere. Hinc
Margareta filia D. Caroli de Zoffta R. Marsch:
 & Legif. Uplandiæ R. Caroli 8.^{vi} mater, ead-
 demque avia D. *Erici de Sudboholm* R. Senat: &
 E. A. qui R. *Gustavi I.^{mi}* parens fuit. Ex
 hac familia fuit Dn. *Laurentius Siggesson* de
Sundby R. Marschus & E. A. cujus fortitudini
 seditiosus *Nils Dacke/* superiori seculo,
 cessit. Regnumque Daniæ per eundem,
 mandante rege Sveciæ Gustavo I. contra
 Cæsarianos, *Friderico,* postea Daniæ Regi,
 assertum fuit. Unde *Miel:* lætus Poëta Danus lib. 5.
 in hæc verba prorupit:

Hæc Gostave fides magnum te reddidit &c.

Et paulò post ——— mihi Svecia tanto

Nomine perpetuis celebranda est laudibus. Inde &c.
 Conf: Encom: Schin: in paraph: Messen: c. 17. Neque nostrò
 ævo clarissima, ex hæc familiâ lumina defuere aut desunt.

Et hæc

Et hæc sunt familie Comitum & Baron. in matriculam Illustr. Collegii Regni Svec: hæctenus, quantum quidem mihi innotuit, relatæ.

CAP. VI. De Secundâ Classe
Illustrium.

EA horum est, quorum majores in Senatorium ordinem ascripti inveniuntur, hæc serie.

Liliehoöl. Familia ex antiquo sanguine Sveo-gothico orta; atq; Comitibus de Wisingborg & Moasborg affinitate juncta. Indè oriundus fuit fortissimus heros Dn. Johannes Liliehoöl general: milit: doctor, ante aliquot annos in bello germanico victor casus.

Körse. Quæ familia ante 200. annos ex Baviariâ in Sveciam transplantata. Hoc ævo D. Jesper Körse Regn: Thesaur. in eâ emicuit, ejus filij postea clari.

Kyning. Antiqua item familia, in qua non pauci regni Senatores olim fuere. Inter quos D. Matthias quondam Stregnensis Episc. & regni Cancellarius. Nunc Dn. Ericus Kyning R. Sen: & Ammiral: meritis clarus eminet.

Rur

Kurd. E Smolandia est; (at fam:
Kord^o ensem cum 3. stellis insig: habens, cui
ista in feñing: connubio juncta, jam desijc.)
Quam multi olim Eq. A. & magnates illu-
strârunt. Nunc a. Generosiss: Dn. JOAN-
NES Kurd^o Regni Senator & Præses Par-
lamenti Aboici &c. cum filijs. Cujus abavus
fuit D. Canutus Erici de Louc^o, (qui è Smo-
landiâ veniēs filiam Clavdij Kurd^o de Louc^o
duxit). R. Sen: Reginae Catharinae amitinus;
is solus Lubecensium privilegij 1523. sub-
scribere detrectavit, quod evenit futurum
prædicens (*Chron: Gust: 1. part: 1. p. 75.*) Est &
hæc familia cum illustrissimis Oxenstierna/
Steenbock/ De La Gardie, Bielle/ Fletting/
Horn/ Bonde/ Tott &c. affinitate & sangvi-
nis propinquitate conjunctissima. Et præ-
dictus D. Joannes Kurd^o D. JOH: Principi O-
strog: in 4.^{to} consanguinitatis gr. junct^o, ut D.
Canutus ejus parens Reginae Svec: Gunnillæ
in 3.^o gr. fuit. Prout genealogia ocularitèr monstrat.

Forstena/ Familia antiqua. In quâ
celebris fuit exercitus Ductor contra Polon:
D. Andreas Sinneron. Comitis Leonh. For-
stenson &c patruus sub R. Carolo IX, no.

Bjät. Inter antiquissimas familias meritò numeranda; ex qua tempore R. M. Erici III. Svec: & Norvegiæ Regis, Orscadensium Comites fuere. Istæ enim insulæ tum ad Norvegiam spectarunt; indeq; multi olim Equites A. & regni Senatores fuere; Nec adhuc Togâ Sagoq; (in Senatu D. Sewed Bâät/ & bello Dn. Nicolaus Bâät) clarissima lumina, defunt.

SEMMingh. Prosapia antiqua, è pomerania ortum ducens, tempore R. Erici 13. ante annos 245. huc translata; multos E. A. tos Legiferos & Castellanos, Fennigiæ potissimum; nec non R. Senatores, Gubernatores: aliosq; Magnates dedit. Inter quos haud postremi nominis fuit D. Claudius SEMMING Regni Senat: & Ammiral: Heros eximiâ prudentiâ & dexteritate in rebus gerendis, de patriâ bene meritus, qui novissimo bello Danico, fatali globo tactus, occubuit. Aliiq; adhuc eum laude superstites sunt.

Ryle. Ann: Chr: 1394. vixit Herman Ryle cujus nepotes & pronepotes Legiferis, Eq: Aur: pace & bello clari, ad 7. mam generationem, inveniuntur.

Edenstierna de Rynåås. Hoc stemma eundem cum Baron: cognom: fontem.

tem agnoscit; Regum igitur & Comitum affinitate illustre; & ingentibus officijs ac meritis clarum existit.

Lilia. Ex familiâ Gregorij Matthæi, cujus avus erat *Ambernus Magnus* Regni Svec: pater Sen: R. ipse etiam *Martichus*: uterq; E. A. Eadem q; regibus, Comitibus & Baronibus affinitatis nexu jungitur. Hinc etiam oriundus insignis Heros D. *Axelius Liliæ* R. Sē. hoc bello germ: clarissimè gestis not9.

Sparre. Ex eâdem radice cum illust: Baronum cognominum, ex antiquo sanguine Sveo-gothico pullulat.

Bielle de Uferô. Jam extincta est.

Blissparre. Antiquâ origine, magnis officijs & illust: affinitate itidem clara progenies.

Soop; Antiqua itidem familia, bello & pace clara, in quâ nostrâ ætate D *Mathias Soop* R. Sen: & vice-Drotzetus, Nec non Dn. *Achatius Soop* armis insignis, aliq; eminent.

Bonde. Ex hâc antiquissimâ familiâ, quæ ab ipso paganismo repetit originem,

nem, fuit R. Sveciæ Carolus 8. (ut supra dictum) & nunc eminet D. Carolus Bonde R. Sen: & præses collegij metallici.

HOrn/ de Kanfas. Eadem hæc agnoscit primordia cum Baron: de Aminne; ex aliâ tamen lineâ, armis verè celebri: Ex quâ superiori & præsentī seculo, complures exercituum Ductores laudatissimi; utpotè D. Henricus Clafon de Kanfas Eq: A. Ferningiz Gubernator & copiarum militarium Duct. superiori seculo, itemq; D. Carolus Henrici Duct: exercitus in bello Moschovitico, Eiusq; fil: D. Edvardus, Henricus & Claudius **HOrn.** Nos tra quoq; ætas ignorare non potest gesta & merita illuſt: Dn. Campirmarschalli & R. Senatoris, D. Gustavi **HOrn** Senioris Nec non Dn. Gustavi **HOrn** Junioris Generalis Maioris &c. Ut nunc cæteros brevitatis causâ sileam.

BAner. Cujus stemmatis nomen & insignia ante annos 700. originem cepisse, Saxo lib. 10. in hist: R. Canuti M. refert, ut cæteros hic E. A. R. Senatores & Magnates, Regum cognatione illustres, nunc omittam; *notissima sunt orbi immortalia in bello germ: proximo gesta & merita præluſt: Dn. IOHANNIS BAner Regni Senatoris & Campi-Marschalli &c.*

Matte och Dagb. Familia diei & noctis insigne præferens; quod olim Dn. **Stenox**

Stenoni *Störe*/ Regni *Sveciæ* Gubernatori familiare fuit. *Ex antiquissimo hoc stemmate adhuc superest D. Achatius Hælfon R. Senator & Marschalcus. &c.*

Stiernesiöld. Est & hoc stemma minimè novum, in quo complures A. Equites & R. Senatores viguerunt; inter quos fuit haud postremi nominis Dn. Nicolaus *Stiernesiöld* Juncopensis Castellanus & Ductor Exercitus Smolandici & Westgothici. Quod etiam adhuc in D. Claudio *Stiernesiöld* &c. floret.

Pöffe. Longâ serie avi ataviq; hic quoq; recensentur. Floruit anno Chr: 1485. D. Canutus *Pöffe*/ rei militaris peritissimus, qui exiguâ manu obsidionem maximi exercitus Moscovitici, à festo S. Matthei ad S. Andream, Viburgi fortiter pertulit, hostemq; profligavit. Claret nunc præcipue, D. Canutus *Pöffe* Regn: Senat: & Castellanus Holmenfis laudatissimus. Fuit etiam Gunnilla R. Joh: 3. Regina, Dn. Axelii *Pöffe* Regn: Senat: ex filia nuptis.

Ribbing. Quæ ex familiâ Norv: R. Haraldî *Hårfager* ortum ducere traditur. *Sivard Ribb:* hic an: 1360. floruit: cui prima S. Brigittæ filia *Mårefa* nupsit. Sunt adhuc permulti in hâc familiâ sago & togâ præclarè superstites.

Tott. Et hoc stemma perantiquū,
Reges sanguine & affinitate quā proximè
junctos habet. Erico enim Axelij nupta
fuit soror R. Caroli 8. vi Christina; sicuti & fratri eius Ivaro
Axelii Eq: A. & Gubern: Gotlandiæ, eiusdem R. filia Magdas
lena. Henrico autem **Tott** superiori seculo nupsit filia
R. Svec: Erici 14. ti. Quorum filius D. Achatius **Tott** R. S.
Senator & Campi-Marschallus, bellicā fortitudine vel exteris
notus. Qui adhuc in filio generosissimo, quamvis mortuus,
vixit.

Penonhroffrud de Efeberg.

Antiquitate etiam & clarorum virorum
meritis conspicua.

Boye de Gennäs in Fenningiā.

Quam familiam valdè illustravit Dn.
Georgius Boye/ exercitus olim Ductor con-
tra Moschum, & Regni Senator.

Wrangel de Esko. Ex Livoniā
primitus orta; ubi olim Episcopi & Magi-
stri ordinis Teutonici ex hāc familiā fuere.
Quæ verò Coronæ Svec: officia præstiterint,
tam D. Hermannus **Wrangel** R. Sen: & Campi-
Marschallus &c. quā filius Dn. Carolus
Wrangel incomparabili fortitudine & for-
tunā eodem munere laudatissimè fungens;
nec non hujus fratres; toti mundo constat.

Sunt

Sunt & plures in hanc Classem transferendi qui nuperius in Senatorium ordinem cooptati; vel qui maiores suos olim eidem insertos fuisse certis documentis monstrant. Veluti Dn. Claudius Bielkensterna Ammiralius &c. Quorum in Maiori Opere iusto ordine plenior mentio fiet.

C A P. VII.

Tertia Classis Nobilium Suecia, Gothia & Fenningia; Qui nec Comites nec Barones sunt; (in Sueciâ) nec eorum maiores in Regni Senatum assumti. Quorum hæ sunt præcipuæ familiæ; juxta seriem quâ vel primò per sortē, citra dignitatis aut eminetiæ præjudicium, in illustre collegium ascriptæ fuere; vel deinceps prius aut posterius in matriculam relatæ. Cumq; hic, ut & in superioribus, cognomina, maxima ex parte, latini sermone formulas dedignentur & respnant, vernaculam familiarum nomenclaturam semper retinebo; hæc continuatione.

RArpelain in Fenningiâ; quæ fam: à R. Svec: Erico 13. ann: 1407. instituta, in sextâ generatione adhuc viget.

RRosenhane. In quâ nunc eminent **S**Kåring Rosenhane/ aliquandiu Regius in Galliâ Legatus & Johannes Rosenhane Viburgensis Castellanus &c. cum fr. Gustavo.

Stiernfors/ in Fenningiâ antiqua
familia; undè olim Episcopi & Magnates
complures fuere.

Hierta de Hårwompå/ in Fenningia,
Hinsseberg. Allengreen de Haleby in Westg:
Erise de Elghammar. Lilliesperre de Fyllstog
in Smolandia. Rosladin. Krabbe. Wrangel
de Låric. Gyllenancor. Francelin. Bratte.
Bäck. Rose. Rosenbielcke. Lake. Gyllens
Creutz. Berendz/ ubi eminent Dn. Johannes
Berendz antea Cons: Camera, nunc Castellanus
apud cuprimontanos. Biff. Iforne.
Kåff in Fenningiâ. Hand. Hård/ ex quâ est
Carolus Hård Regni venator. Ille/ in fen-
ningiâ; hinc Assessor Gustavus Ille. Kiff.
Månestiöld hic eminent Carl Christersson vi-
ce-Præses in Jud: Reg: Junee. Sacl. Zawast.
Lilietopp/ interijt. Lilliehöl de Gåleröd. Kåre-
ning/ Comitib⁹ de Westermåf & Baronib⁹ de
Kronbäck affinis. Kogge/ ante 275. an: nota
in quâ viri fortes claruere; nostro ævo in
bello germanico insignis virtus strenuiss: vi-
ri Dn. Laurentij Kogge general: Majoris &
Reg: Senat: &c. resplenduit. Kruse de Edby.
Koffle. Skeding. Stubbe. Lillie de Skna.
Lillie

Lilliesporre de Åsa. Siöbladh. Drel orig: Liv.
 Sierna/antiqua familia, ubi claret Georgi-
 us Sierna de Bälmsnäs/ Assell: Reg: Jud:
 Junecop: cujus avus erat Trib: milit. Wärns-
 stet/ orig: german. Store in Westg. Hierno
 griff; Ex hac gryphorum familiâ fuit conjugis
 mea avus maternus D. Christopherus olim Cano-
 nicus Wexionensis; postea Prapof: in Elghule.
 Stålarin; & Skytte in fenningiâ. Drake de
 Jntorp Westgoth: marte clara. Stolpe/ In
 Smolandia, cuius ante aliquot annos linea mascula desit; à
 Nic: Stolpe/ E. A. ante annos 200. huoufque continuata:
 Unde ego maternum genus duco; avia enim mea materna
 Clementis Stolpe soror fuit. Illius filij Petrus Stolpe
 senior & junior in bello Moscovitico, proximo
 seculo clari fuere. Nec minus Petri Stolpe
 Vice-Ammiralij fides R. Carolo IX. no ad victo-
 riam de Fennis & Polonis anno 1594. profuit. Dra-
 neslyche. Jacobstöld. Sturware. Seråle. Fote
 de Skånsbo. Wildeman. Drake de Hagels-
 brun. Wörner; Ex quâ est generos: Carol:
 Wörner Gubernator Kexholmensis. Creus
 undè Laurent: Er. Toparcha Aboënsis &c.
 cum Fratr: &c. Silffwerhielm. Birchholz/
 ex Marchiâ germ: oriunda; ubi Nob: Hie

ronymus Birchholz U, J, Doct: Elect: Bran-
deb: Cancellarium superiori seculo egit.
Duffwa. Pauli. Slatte. Stålhancke/ Ex
quâ fuit fortissimus heros Gen: equit: Fenn:
Ductor Forsten Stålhancke. *Superest ejusdem
cognominis, ex aliâ familiâ, inter Nob: doctissimus
Iohan: Stålhancke de Gåsterby & Perno. Silf-
wersparre. Wreedh. Ekbo. Bgla. Silff-
werbielke. D'chuffrud/ exspiravit. D'CE.
Beureus/ à præcept. R. Erici 14.^{ti} orta.
Salckenbårg/ hic clarent Conradus & Mel-
chior fratres prudentissimi. Slang/ in for-
tissimo Tribuno Erico Slang terminata.
Boye. Bliffar. Rosenstråle. Anckar. Lillie
de Aspenås. Stake in Westg: Iustria in fen-
ning: Hiortô familia. Ståkelberg. Jån-
gerhorn de spurila. Allengreen in Feno: Gyls-
lenhorn. Kålamb/ ex quâ fuit Dn. Broderus
Andræ quondam Castellanus & Præses Jud:
Reg: Aboënsis. Bagge de Berga/ unde
oriundus Benedictus Bagge/ olim Tribun:
milit: nunc diu Castellanus Cronebergensis
in Smol: Dorse in Smol: Lilliestielcke de Oles-
torp. Hiore. Bagge de Boo/ hinc erat Iacobus
B. Ammiralius; qui Danicâ Classe, præter spem, im-
petitus 1563. Ammiralium Dan: Iacob. Brokens*

husen cum nave pratoriâ & duabus alijs, unâq; dis-
 ctorem militia Danica Otto Krumppe in captivis
 sate abduxit: familia nunc in masculis de-
 sijt. Rosenqvist/ in Smol: Sting. Ruut/
 in Fenn: Bure/ ex quâ familiâ sunt Andreas B.
 & Ionas B. Secret: Reg: & D. Olaus Bureus, olim
 Consul Reg: Holm: Posteaq; vice-Prases parlamen-
 ti Aboici. Bôlja. Manneștiöld. Familia de
 Håggetorp. Munc/ in fenn: ubi superest loh.
 Munc/ jud: Regij Assess: cum filiolo. Gylde-
 môrs. Håstehuffwud/ Frille in Fenning: Pas-
 pegoto. Hammerștiöld/ bellicâ fortitudine in-
 claruit. Kræsbjörn/ floret Toparcha Bothnia
 occidentalis. Eketrå. Plåte. Kåse in Smol:
 Tegel. Sverd. Swart/ Assess: Aboën. Lindes-
 löff in fenningiâ. Skalm. Swinehuffwud.
 Gyllensparre in Smol. Bagge in Wermiâ. Fa-
 milia de Hårlingstorp. Palm. Sabbelștiöld.
 Trana. Sabbel. Biffana. Skytte de sättra.
 Nam. Falck. Lodh. Rytter/ ubi inclaruit loh.
 Henrici Gothenburg: Castellanus. Finken-
 berg. Spåra. Bröms. Galle in Svec. Holst. Ro-
 senqvist. Posterij Melchior Axelssons. Stöör.
 Geet. GyllenCornet. Bååt ex familiâ Linnæ
 Nilssons. Adler/ euj; caput D. Joh: Salvis olim

Secret: & Legatus Regius, in Imp: Rom:
non minùs quàm domi, satis notus. Grub-
be. Rosenstierna. Hans Loode. Forbus de
Lund. Sperling. Notker. Skulman. Striff.
Oliverblad. Von der Lind. Zungel/ optimò
meruit Secret: reg: Nicolaus Nicolai Zungel.
Stiernhielm/ ubi eruditissimus ac prudētissi-
mus Georgius St. h. eminent. Grönberg.
Duffwa in Westg: Sölffwerswård. Sylle-
ållen. Sabelhierta, Håstsko in Målegård.
Sabbelfahna. Råff in Smol: Rosenduffwa.
Delphin. Grijs. Börck. Galle in fenn:
Klingspäre. Bahrfeldt. RosenCrantz/ Asses:
Christ: Nic: in Fenn: Armstiöld. Swinhuff-
wud V Westg: Biter. Croil. Wirtemberg/
ubi clarus est R. Armamentarius & Ductor.
Gen: militiæ in Germaniâ, A R V I D U S
Wirtemberg/ heros strenuissimus. Ramsel/
è Scotiâ illust: sanguine oriunda. Öyden-
lod. Skelëff. Månestiöld ex Norvegiâ. Grön-
felt. Bittinghoff. Anderfiell. Storck. Ström-
felt. Wäderhorn. Jägerhorn. Fogelhuffwud.
Håststiöld. Fostangel. Pilefeld. Robertsson.
Sölffwerarm. Storck. Törnestiöld/ undè
Commis: in Fennigiâ doctiss: & prudens
till

tissimus Jacobus Förnest: Sre. Zuffwud. An-
rep. Pafful. Bille. Sölffwerpatron. Söl-
denswerd. Phwulp. Durwalt. Jordan. Söl-
Bläfeld. Pois. Bockila. Kostild. Forbus.
(Hic aliqui Gledwood & Hammelton/ ex illust:
sanguine Scot: unde & priores dua familia, inseri
volunt.) Lillieström/ ubi industriâ Joh: Nico-
demi Secret: stat: multis experimentis com-
probata, Zernlodh. SölffwerEron. Pistol.
LillieEron. Löfing. Goldenstråle. Heistkoo.
Swenske. Nymand. Dackzberg. Goldenox.
Und in Westg: Planting. Sölffwerlod. Söl-
fwerstierna/ quam illustrat Secret: Reg: Jo-
hannes M. Sölffwerst. Stälman. Garff.
Biörnstiöld. Gyllenfloo/ ubi eminet Secretar:
Reg: Andreas Gyllenfloo. Kenstiöld. Ruut.
Zelow. Lilliebielte. Ankerstiöld. Boose. Groos-
hns. Daglewie/ orig: Scot: Hammarstierna.
Göös. De La Mott. Gyldegreen. Schildt.
Kornstiöld. Sölffwerstiöld. Ekstubbé. For-
tuna. Rosenstiöld. Brockenhursen. Rosen-
schmit in fenningiâ. Apelgreen/ ubi Commiss:
Johan Erichson Apelgreen meritis notus.
De Geere. Stälhane. Lilliebrun. Swanfela.
Kohl. Fransehe. Grifbach. Bergensele. Zoo-
meke

meschen. Björnram. Wachtern. Hiulham
mar. Blom. Pring. B. Steinberg. Roder
sköld. Hildring. Garfeldt. Irwing. Orbane.
Manderhielm. Anckerhielm. Andastycht. Bras
kenberg. Kytter. Chronstierna. Loosfeldt. Storms
hatt. Sabelfelt. Enhörning. Leyonskiöld.
Blankenfelt. Igelström. Pistolkors. Rosen
berg. Cronhiort. B. Schwalch. Leyonhu
sen. Appelbohm/ Residens Amstelodami,
Haraldus App:b. Rosenhielm/ Aless: Parlam:
Holm: Ericus Rosenhielm. Orneklo. Rutens
sköld. Von Meyer. Kublesfeldt. Olicqwist.
Stiernefycht. Leyonstierna/ ubi Praeses Norcop:
*Dn. Daniel Leyonstierna eruditione & pruden
tia excellens eminet.* Sverdstöld. Grubbe.
Graan/ Ass: Holm: D. Joh: Graan. Linderoot.
Lindegreen/ *Affinis meus ch: Nic: Nic: Lindegreen.*
Worgonstierna. Feigerstöld. B. Kadeke.
Strußberg. Falckengreen. Lagerfelt/ hic Reg:
Secret: Israël Israëlis Lagerfelt claret. Brösta
feldt. Wårdenfelt. Gyldenfalck. GyldenPiz
kol. Swanestierna. Ekgreen. Björnekloo.
Looberg. Ornewinge. Wernestöld. Hielm
feldt. De La Wall. Wudde. Tornerefelt.
Björnehuffwudh. Björnebårg. Klingebårg.
Drake

Drake. Hulshorst. Blix Cron. Kopsfelt. Strömberg. Wolffenskiöld. Keenhorn. Larenburg. Dreffenskiöld. Kantersteen/ quam familiam collustrat Secret: Reg: varijs legationibus clarus, Laurentis Kanest: Von Riddershusen. Glatsteen. Luv. Wardenet. Wdnie. Palm Cron. Söfwerläås. Söfwergreen. Lindenberg. Ekhielm/ Reg: Holm: Vice-Castellanus Benedictus Ekhielm. Galamiz. Brant. Leyonsram. Lagergreen. Bränskiöld. Gyllensking. Slangensfält. Kempenskiöld/ *hic Secret: antea regius, nunc illust: Collegij; Samuel Kemp: antesignanus est; in quo eruditio cum humanitate certant.* Willegreen. Messenius, *cujus parens scriptis notissimus.* Lagercranz. Söfwerar. Strußhielm. Neuterfeldt. Kamswård. Graf. Hillekiöld. Söfweraspäre. Klöfwerfelt. Lillesström. Drakenberg. Söfwerin. Hager. Rustenfeldt. Friz. Lagerkrans. Weidenhein. Wänt. Hufswudskott. Aidenberg. Chemniz. Rosenhand. Bidrnfelt. Landzbärg. Dureu. Ornestierna. Diursfälder. Lilliestierna. Wolffzbärg. Hirenberg. Zernskiöld. Schar. Klärd. Gyllenslögh. Sparfäldt. Siernereus. Zaubenfält. Falsburg. Lindorm. Didron. Stälkinga. Clerck. Strußhafft. Sinckler. Dros

mund. Rederwuder de Födrarp. Länck. Nytters
 Cranz. Witten. Dreffensfelde. Stöding. Schalm.
 Müller. Sigrother. Et plures quæ nuper
 huic ordini insertæ; utpotè Bilderfelt/ Kene-
 berg/ quam decorat P E Trus antea Vigelius dictus, Juris D.
 & Asses: Aboënsis. Stiernegalt/ ubi eruditione, prus-
 dentiâ & meritis insignis est, M. Joh: Ol. DaleKarlus Reg:
 Secret: LillieCranz ubi eminet Joh: Gerhardi, antea Wes-
 sternans dictus, Holmenfis Consul Ragius amplissimus. &c.
 Quarum Catalogus in pleniori descriptione
 justo ordine commodiùs inseretur. Quod
 verò omnium maiores, gesta, virtutes aut dignitates hic alles-
 gare nequiverim; partim Synopses brevitas, partim docus-
 mentorum & informationis, in extremo hoc squilonaris
 mundi angulo, paucitas atq; tenuitas, apud cordatos & candi-
 dos quosq; me facile excusabunt. *Quorum requisito-
 rum, si maturè particeps fuero; Nemo divinâ
 affulgente gratiâ, se de cetero neglectum aut post-
 habitum fuisse, jure conqueri poterit.*

**C A P. VIII. De antiquis Illust: & No-
 bilium familijs nunc extinctis & in illust:
 Collegium non relatis.**

MUltæ etiam, præter enumeratas, o-
 lim fuere familiæ illustres ac nobiles,
 quarum ne nomina quidem ad nos pervene-
 runt; antiqui enim solo nomine proprio
 con-

contenti, addito saltem cujus filius esset, nul-
lam stemmatis seu insignium mentionem
insinuârunt. Ut Dn. Torchilli Canuti fil.
D. Matthiæ Kettelmundsons fam: Dñi Brun-
chonis &c. Unde haud exigua etiam in ge-
nealogijs eruendis difficultas oboritur.
Nostro autem ævo cognominibus, ex ipsis
insignibus desumptis, Nobiles frequentius
utuntur.

Extinctæ nunc prorsus sunt, inter alias hæ
familiz olim valde illustres; *Soldwnga/ Mannesfiöld/
Silbyter/ Sture/ Hwäitbeen/ Sprakelegg/ Knapböfs-
de/ puke/ Sköldinge/ Blå/ pük, Rysing/ Hwessing/
Bese/ Brass/ Brwn/ Dietne in Fenningia, Duddel/
Danne/ Engel/ Elg/ Siäke/ Srende/ Salet/ Glycht/
Sase/ Soot/ Gere/ Gylta/ Gedda/ Gynte/ Gyllengreen/
Gramsö/ Glysing/ Green/ Hiul/ Krumme/ Kuse/ Bra-
ge/ Bäring/ Brook/ Lunckar/ Lar/ Lumpe/ Lake/
Läfatt/ Lemm/ Loring/ Nykörtia/ Nacke/ Näs-
Kong/ Näswe/ Owin/ Plata/ Porse/ Roode/ Rast/
Rode/ Swaan/ Stock/ Störle/ Stare/ Spaaf/ Swijs-
nesfoot/ Snyffe/ Some. (Cui familiz Christiarnus Some
proditor arcis Calmarenis ann: Chr: 1611. tenebras offudit)
Snäcka/ Särta/ Trolle &c. Ultimum hoc cognos-
men, postrema gessit, Dn. Anna Trolle/ uxor
D. Caroli De Mornaj, &c. Quæ ex relatione
majorum, hanc nominis & insignium ratio-
nem reddidit: Videlicet, ante novem ho-
minum ætates, pium ejus stemmatis heros
in Sed/ territorij Ösbo/ parochiæ Wärtorv/
ubi*

habitasse; qui vigiliâ nativitatis CHRISTI,
templum petiturus, obvium habuit manipu-
lum immundorum spirituum, à proposito
retardare tentantium: Unus autem specie
virginis cornu potatorium manu tenens se
obtulit propinans; Hic heros sinistrâ ma-
nu potum pone se excussit cornu retinens;
dextrâ verò gladium stringens, virginis
jugulum, in Nomine J E S U, petijt; ca-
putq; amputavit. A sacris a, eodem die,
reversus virginis illius seu monstri figuram,
qualem insignia Trollorum in Cathedrali
tēplo Wexionensi & alibi exhibent, in mediâ
viâ invenit. Cornu, in rei memoriam, per
9, hominum ætates asservatum fuit; quod
eadē Domina, se ante bellum Sveo-Danicū
superiori seculo sub R, Erico 14, to manibus
sæpissimè palpasse & 300 in eo colores ocu-
lis notasse asseveravit. At anno 1570, cum
urbs & templum Wexionense à Danis com-
busta fuere, Cornu illud simul interiijt;
*Hæc ex Coneione funebri, gravissimi Theologi, R.
D, Petri Iona Angerm: Episcop: Wexion: excerpssi,
Qui relationem valdè mirabilem fatetur;
cum spiritus carne & ossibus destituatur:*

Satanam tamen mille artificem esse notum
est. Et Oldenburgi in Frisiâ orientali, cornu in-
imitabili artificio cœlatum monstratur, id à Comite
quodam, ante multa secula, parum dissimilitatione
occupatum asserunt; quod etiam ipse Anno 1636.
22. April. vidi. sed de his obiter. Sunt autem
omnes istæ familiæ ex antiquo sanguine
Sveo-Gothico; ut innotescat vanitas Iona ab
Elwerfelt de Holfatiâ; qui Regni Sveciæ Gu-
bernatores D. Stenonem Sture seniore, &
Dn. Svantonem Sture; & Dn. Stenonem
Sture juniorem ex familiâ Sturensi Holfas-
tiæ, nimis quàm ineptè, at satis audacter, as-
serit. Quod tamen falsissimum esse multis
modis patet. Primò enim Sturæorum or-
rigo ex stirpe illustriss: P:pis Guthormi Svec:
Ducis 1163, & Dñi Erngislonis Orchadensiu
Comitis pullulat; quod Genealogia ad multa
retrò secula deducta monstrat; frustrâ igitur
ille eam ex holfaticâ familiâ deducere têtat;
præsertim cum familiæ Sturorum Svec: non
minor sit antiquitas, quàm Slesvicensiu, quã
ante annos 400. divitem ac potentem dicit.
Nam & quarto abhinc seculo, divites atq;
potentes fuère Regn: Svec: Senatores Suno

9 Sveno *Sture* fratres, teste *Ilaeio Pontano*, quos *verum Danicarum lib: 9.* in *Historiâ Margaretae R.* ex nobilitate *Sueticâ* fuisse asserit. Quod verò hereditatem *Sveei Sturæi* in *Daniâ* expetiverint, hanc habere potuit causam: Nimirum *D. Nicolaus Boëtij Sture E. A. & Legifer Westmanniæ*, qui a^o 1470, vixit; avum maternum habuit natione *Danum*, fortè ex illâ *Slesvicensi* familiâ descendente. 2. Neq; omnes *Sturæi* in *Sveciâ* ex eodem stemmate fuerunt; ut deindè suo loco meliùs constabit: Apprimò igitur fallitur qui eos omnes ex *Sturensi* familiâ *Holsatiæ*, quoad masculam lineam, derivare conatur. 3. Nec insignijs conveniunt, quod oporteret fieri, si ejusdem essent originis: sed *Sturensis* familia *Holsatiæ*, nescio quem, pisciculum insigne habet. Antiqua *Stenonis Sturæi* familia tria folia nymphaea nigra per clypei aream à sinistra ad dextram obliquè disposita, & se invicem fursùm verso cuspide concomitantia, insigne habuit; Junior diei & noctis insignia prætulit. i. est, ut *Messenius* cum *Chytræo* loquitur *Clypeum antiquæ simplicitatis in*
duas

duas areas, superiorem fulvam & inferiorem cœruleam. Sed quæ hic cum Holsatiæ Sturis insignium cōmuniō? Quæ tamen inter familiares & ex eâdem familiâ descendentes, esse solet ac debet. 4. Potest hæc familia Svetica magis commodè ex svetico idiomate deduci, ubi *Stuur* quâdam dialecto, idem est quod *Stoor* i.e. magnus. Undè à magnitudine hic cognominati videntur. Fuerunt & aliæ familiæ nobiles, à tempore exoticorum Regum in Sveciâ claræ, licet è Germaniâ aut Daniâ oriundæ; quarum nomenclaturam videsis apud *Messeningium in speculâ* c. 27. Et hæc breviter hæc vice de antiquis & hodiè extinctis illuſt. familiis. Nunc pauca de Equitibus Auratis Regni: Sveciæ addam.

C A P. VIII. De Equitibus

Aur: Sveo-Goth:

HAud alienum ab instituto fuerit, paucis hic etiam de Equitibus auratis agere. Nam præter armigeros seu scutiferos, quorum frequens in antiquis Historijs atq; instrumentis mentio incidit; qui sic dicti sunt, vel quod Reges atq; Duces, ut fidissimi comites, à latere comitarentur, **ARMA** ge-

stantes; undè *quod initio nomen officij, postea
 dignitatis factum;* vel a scutis seu insignibus
 iisdem inscriptis; Gothis enim *Wapn/* ut
 rumq; & *arma & insignia* notat. (Priscis
 quod; nobilium cippis *Littireist* inscriptum,
Neisse n. Pugilem significavit; hinc *Neisigtyg/
 Phalera;* & *Nesenärer* armati equites) Aurati
 etiam Equites creabantur; quorum in-
 augurandorum ritus & solennitates, à remo-
 tissimâ hominum memoriâ, in Regno Svec:
 usitatos; nec non juramentum ab iisdem
 præstandum. Vid: apud Ol: M: lib. 13. c. 7. Quæ
 brevitatis causa hic omitto. Inter præcipuos Equites Auras
 tos habebantur, sub pontificiâ religione, qui Jerosolymam
 ad S. sepulchrum Christi votivam peregrinationem suscep-
 erunt, indeq; insignia retulerunt. Unde prædia, à talibus es-
 quitibus, religiosis donata, S. sepulchri, olim dicta fuere:
 Quorum annuos redditus Monachi Eschilstunenses, ordinis S.
 Johannis de Rhodo, collegerunt, & Hierosolymam transmi-
 serunt. Viguit autem mos E. A. 103 à Regibus
 creandi ad nostra usq; tempora; Ita R. Gu-
 stav: I. in suâ coronatione Upsalix 1528. *hu-
 meros candidatorum stricto ense levitè feriens E-
 quites auratos creavit* Generos: ac Nob: viros
 Laurentium Siggonis; Ericum & Ivarum
 Flemming/ armis fortissimos: Johannem
 Thurson/ Thuronem Erichson, Birgerum
 Nils

Nilsson/Carolus Erichson/Nicolaus Olsson/
 Canutus Anderson/ Magnum Johanson/
 Magnum Bryntesson/ Petrum Hård & Bene-
 dictum Nilsson. Filius verò R. Ericus 14. in
 Coronationis suæ festiuitate cingulo eque-
 stri (ut loquitur Messen. in paraph. c.4.) imper-
 tivit sequentes; nempe Georgium Erici de
 Foglewijf/ Thuronem Petri de Saalstadh/
 Dionysium Beuraum præceptorem suum;
 Nicolaum Boye/ Arvidum Trolle/ Ericum
 Carlsson/Nicolaum Carlsson/Claudium Flem-
 ming/ Canutum Knutsson/ Ericum Månsson/
 Siggonem Larsson; Joannem Bonde/Benedi-
 ctum Gylte/Johannem Kyle/Gustavum Fin-
 le/ Nicolaum Krumme/ Ivarum Zvarsson &
 Georgium Norman. Sequenti autem die
 Coronationis, eadem insigniuit laureâ
 Magnum Swensson/ Canutum Haraldsson/
 Ericum Jörensön/ cum Danis quibusdam &
 Lubecensibus. Unde non indigenas so-
 lum, sed & externos, à Regibus Sveciæ Equi-
 tes creati, gloriæ sibi duxisse manifestum
 est. *Quinimò & ipsos Romæ Imperij P:pes hunc
 honorem non detrectasse historia loquuntur.* Nam
 R. Svec: & Goth: Magnus Ladulås/ in diatâ

Holmensi an: 1282. filium suum D. Birgerum
tūm electum Regem, Equitem creavit; hic
verò Ducem *Albertum Brunsvicensem* § 40.
alios cum ipso; Prout notavit Ol. P. in vitā eiusdem
Regis; Et antiquissimus noster historicus Ericus Ubsal: lib. 3.
pag: 143. & 144. fufius exposuit. Sed equestris hu-
jus dignitatis, ne nomen quidem ad posteros
transit, ut cæterorum Nobilitatis gra-
duum. Etsi enim Comitatus ac Barona-
tus ad proximum agnatum masculum tale-
tem devolvantur; Tituli tamen omnibus
successoribus communes sunt. At Eques
Auratus nemo nisi propriā virtute & meri-
tis salutatur.

Nec Jo: Ludovicus Gothofredus, in suā
Archontologiā Cosmicā antiquos Regn:
Sveciæ & Gothiæ *militum, equestrum, ensis* §
balthei ordines tacuit; ubi lib. 3. de Sveciā insigni-
gnium in magnifico portu Angoviæ (sic n.
ipse vocat) incisorum meminit. (Hunc por-
tum non existimo alium quā *Hangō* ad
littus Nylandiæ, de quo supra lib. 1. in Ap-
pend. ad finem; ubi olim classis Svecicæ
statio fuit. Ol: M. lib. 2. cap. 25. lib. 5. c. 27.
Et superiori anno, Regum, P: pum & ma-
gna.

gnatum insignis, cautibus incisa ferè innu-
mera, admirabundè spectavi.) Habebant, in-
quit Gothof., milites Svec: Christiani facti,
aliqui pro insigni torquem aureum ex com-
pluribus Cherubinis & Seraphinis inter se
contextis compositum, patriarchali ✝ in-
termixtâ, & CHR I sti imagine ornatum.
Postea de alio in Sveciâ *Ensisferorum* ordine,
symbolo & insignibus fusè agit. Sed de
hiscè est nunc satis.

C A P. X. De Ll:bus quibusdam &
conditionibus Illustris hujus Collegij
& *Nobilitatis Svecanae.*

UT ad modernum *Illustre Collegium*
Regni Sveciæ respiciam, leges aliquot &
conditiones ejusdem breviter excerpam.
In supradictâ collegiali domo, *Ridderhusæ*
specialibus privilegijs, immunitatibus & ex-
emptionibus munitâ, velut *Bursâ*, tùm ad li-
tes, judicarium processum nō exigentes, ter-
minandas; cùm ad consultandum in comi-
tjjs conveniunt, votum & sessionem habent,
in aliquam trium istarum classium relati:
& nulli alij, cujusvis nationis, status, dignita-
tis aut conditionis. B b 4 Nos

Nobilis, patre Sveco aut Fennò genitus, votum & sessionem cum privilegijs obtinet; Extraneus verò Nobilis, nobilem in hoc regno ducens, privilegijs, quoad bona, frui potest; Sessione autem & voto nullo; donec à S. R. M. te pro naturali subdito agnitus & matriculæ collegij inscriptus fuerit. Horum autem liberi, jure nativitatis, *Comites & Barones* in suo ordine, cæteri in suo, juxta seriem quâ annotati fuerint, ista omnia obtinent.

Infamatam & prostitutæ pudicitiaë ducens, etsi nobilis sit, liberos voti & sessionis paternæ incapaces gignit. Quippe qui in ultimum locum detruduntur; donec egregio facinore, virtute ac meritis, accedente speciali S.^a R.^a M. tis gratiâ, restituantur, aut peculiare suffragium & votum obtineant.

Olim quidem maritus nobilis uxorem ignobilem, liberosq; legitimos nobilitavit. Nunc nisi nobilis ducatur, nobilitas in posteris labefacta habetur. Quæ ab hereditate immobilium excluditur, admissis proximis heredibus, & consanguineis nobilibus. Paritèr etiam Nobilis foemina ignobili

bili nubens, prædijs privatur, quæ proximis agnatis cedunt, exclusis planè ex hujusmodi connubio prognatis.

Sic quoq; à quocunq; extra conjugium compressa jus hereditariû in fundis amittit. (Jam enim à tempore D. Birgeri Zeel Fœminæ trientem bonorum hereditate capiunt; unde antiquas familias haud parum debilitatas cordati iudicant: cum sic bona in alias atq; alias familias distrahantur.) Neq; ita maculata in congressibus nobilium toleratur. Virgo sine consensu parentis; aut tutorum & duorum agnatorum totidemq; cognatorum nubens, unâ cum sponso, biennales prædiorum redditus perdit, proximo Xenodochio cedentes. Illa quoq; in nuptijs nobilium & baptismi solennitatibus infra alias nobiles conjuges rejicitur. Quinetiam proprium sponsum, ante nuptias, ad concubitum admittens, eâdem unâ cum ipso multâ etiâ tenetur, infimum semper locum inter fœminas nobiles habitura. Nec non filius ante nuptias conceptus à torneamentis & hastiludijs arcetur. *Undè quanta hic honestatis observantia patet.*

Nobilis Svecus sub exotico magistratu domicilium & fortunarû sedem figens unâ

cum posteris sessionem & suffragium in hoc illustri collegio amittit. *Feuda*, si quæ habet, ad proximos heredes, vel his deficientib⁹ ad coronam relabuntur. *Allodialia* tamen, præstito ritè equitio, retinere potest. Sin ipse aut filius resipiens, reversus novo fidei vinculo S. R. M. ti & Coronæ sese obstrinxerit, in priorem sessionem & votum, postliminiò reducitur.

In tantùm autem degenerans, ut odio & contemptu patriæ in exotica loca discedat, ibiq; resideat, liberis ac posteris regni hujus contemptum atq; odium implantans, & monitus non destiterit: Non modò sessione & suffragio verùm etiam feudis, si quæ obtinuit, privatur; quæ ad proximos heredes, vel si nulli sint ad S. R. M. tem & coronam recidunt. Hereditaria bona, nisi ante mortem vendiderit, ad proximos in regno heredes devolvuntur. *Talus verò, unà cum liberis, planè pro extero & alienigenâ in hoc Regno habebitur.*

Sessionem semel destinatam (sine detrimento tamen dignitatis & authoritatis in alijs congressibus;) unusquisq; cum posteris

ris in hoc collegio tenet; donec legitime
in superiorē ordinem transferatur. Nemo
alteris insignia aut cognomē sibi arrogabit.
(In diversis tamen provincijs, ut *Stalm* in *Careliā*
& in *Fenningiā* &c. idem nonnunquam cognomen
occurrit.) ne familiarum inde confusio sub-
oriatur.

Singulæ familiæ sigillum commune ha-
bent, solis insignibus absq; nomine nota-
tum; quo solū in publicis actibus & de-
cretorum comitialium obsignationibus us-
tendum. Et patet ex comitorum descriptione.

Ex singulis 500. marcarum redditibus
(olim ex 400.) non numeratis prædijs intra
r. lapidem; viri majorenes equitium præ-
stabant, juxta ll. & ordinantiam de servitio
equestri. Quæ omnia hic enarrare brevitatis non patie-
tur.

*CAP. XI. De Privilegijs ordinis eque-
stris Regnorum Svecia, Gothiaq; & Fenningia.*

Magnis illustres ac Nobiles horum
Regnorum privilegijs & commoditati-
bus fruuntur. Undè & S. R. M.^{tem} ma-
gno vicissim affectu prosequuntur, nec via

tam pro ejus salute profundere detrectant. Neq; minus antiqua quàm ampla sunt ista privilegia, ipsis legibus, & priscorum Regū ac recentiorum confirmationibus stabilita. Extant adhuc confirmationes R. Magni *Edulāis*; R. *Birgeri*; R. Magni *Erici*; R. *Alberti*; Reginae *Margaretæ*; R. *Erici XIII. Pomerani & Christierni I. &c.* Potissimum verò à R. *Gustavo I. mo* ejusq; filio R. *Johanne III.* nec non nepote R. *Gustavo Adolpho M.* majorem in modum amplificata sunt. Quorum hæc brevis summa est.

1. Illustrium ac Nobilium vita, fama, possessiones & ministri specialitèr vindicantur, honor & libertas asseritur.

2. Ex illustrium familiis supremorum in Regn: officiorum administratores leguntur; utpotè *Drotzeti, Marschi, Admiraliij, Cancellarij, & Thesaurarij; Legiferi & Senatores.* Quorum dignitas *Pariatui Francie* seu *Gallie* haud absimilis. Hinc Præsides Parliamentorum & primæ classis Assessores sumuntur.: Hinc pro-

provinciarum Gubernatores, Castellani & Toparchæ, Regni Marschalcus, Armamentarius, Legati, Duces belli, cæteriq; militares officiales superiores delignantur. Qui omnes liberalissima accipiunt stipendia. Militibusq; cum nullum intercedit bellum, domi mæere licet, ac bonam stipendii partem parsimonia conservare.

3. Illustriss: Familix, utpote Comitum, in suos colonos & subditos merum imperium & omnimodam jurisdictionem exercent. Duæ quippe instantiæ priores, simul cum executione ijs concessæ sunt, Undè proprios *judices* tam *provinciales* quàm *territoriales*, cum jure gladij habent. Appellatione tamen, in gravioribus causis, ad Tribunal Regium reservatâ. Cæteri interim illust: & Nobiles deterioris non sunt conditionis, etsi proprios judices non alant. Sumptibus enim, in judicia conferendis, relevantur, ex publico collatis. Et proprios carceres seu custodias habent; Neq; in alios, delinquentes eorum homines à quopiam detrudere fas est: Nisi vel in flagranti crimine deprehensos, vel latâ in capitalibus sententiâ. Tùm enim regijs officialibus ad

ad executionem traduntur. Quod si vita condonetur, aut aliàs pecuniaria, per judicem, multa irrogetur; pars ejusdem, quæ aliàs regio fisco tribuenda, Domino cedit.

4. In venationibus, aucupijs, sylvis, piscationibus, molendinis & metallicis fodinis quoad proprios fundos, Regali fermè jure utuntur.

5. Nullum tributum pendunt. Ab omni contributione & onere liberi; Nisi quatenus urgentibus publicis necessitatibus, spontaneo consensu præcedente, aliquid conferant. Nobilium quoq; coloni, in collationibus publicis, dimidium ejus quod cæteri rustici coronæ immediatè subjecti contribuant.

6. In inferioribus instantijs Nobiles de delicto non conveniuntur; sed à solo tribunali & judicio regio judicantur.

7. Nobilibus etiam proprios habere artifices, ad necessitatem, fas est.

8. Jus patronatus in ecclesias, ubi habitant, illis competit.

9. Et liberrima in Comitijs Nobi-

les habent vota; quæ per tres istas classes prædictas eunt: ubi singulæ familiæ, votum obtinent, & sententiam dicunt; ab infimâ ad supremam progrediendo. Unde factis in propatulo est, quantis Nobilitas Sveo-Gothica & Fennica, præ alijs, privilegijs gaudet. Prout in ipso originali, quod sæpius typis excusum in omnium ferè manibus est, exprimitur. Præterquam quod nonnulli in residentijs suis, prædijs aut insulis, (quale exemplum supra libro 1. c. 32. de insulâ Enggö inductum) specialia quædam privilegia, immunitates & jura jam ab antiquo, regijs diplomatibus stabilita, habeant. Quæ omnia hic allegare brevitatis prohibet.

Quamquam autem tot ac tantis illustres & nobiles hinc emineant privilegijs & prærogativis, rusticos tamen suos atq; colonos, (nisi qui exterorum mores, suo etiam cum damno, in libero populo, imitari attentent) humanitè & modestè tractant. Unde & Dominorum & colonorum facultates magis in tuto sunt, magisq; augmentur.

Atq; hæc breviter de nobilitate & equestri ordine in illustre collegium Regni Svec. relato.

Neq;

Neq; enim nunc instituti est de reliquâ N
litate Coronæ Svecicæ subje&â agere. I
pote LIVONIÆ; ubi familiæ etiam inve
niuntur Nobilissimæ & bellicâ virtute clas
sissimæ, in illustribus hujus collegij matricu
lam nondum relatæ. Nec earundem nomi
na & series mihi planè cognita. De priscis
equitibus ensiferis & Militibus CHRISTI
in Livoniâ, videatur Archontologia Co
smica Joh: Ludov: Gothofr: lib: 3. pag. 5.

Neq; hâc vice de *Nobilitate Germa
nicâ*, quæ nuper in Ducatu Pomeraniæ
citerioris, Episcopatu Bremensi ac Ver
densi &c. Svecicæ Coronæ accessit, tra
ctatio suscipitur: Cum ultrâ antiquos
terminos calamus jam non extendatur.

Nobilitatis & hic totuplex alma gradus: Ex quâ
INDUPERATORES non piget esse satos.

Stemmata conserva, DEUS optume, tanta &
adauge:

Ut vigeant Regni robora firma diu!

LIB. IX.

SPICILEGIA.

I.

EX Cap. 3. Prisco ævo Regum filij non P:pes sed Kungesöner; ut Habor Kungesön Sc. dicti sunt. velut nunc in Hisp. Infante; Gall: Dauphin & frater R. Monsieur κατ' ἐξωχῆν appellatur.

II. Ad C. ii. pr. S. ac Potentissima **REGINA** moderna, ut favore & regiâ clementiâ in omnes, ita amplificatio-
ne illust: ordinis & equestris, nulli priorum Regum cedit, omnes facillè superat. Et vel hinc immortalẽ gloriam meretur.

III. Ad n. 3. Enormia delicta (Edy öresbrätt) quæ bona, famam & vitam simul ledunt, **COMITES**, sine speciali cõsensu, non condonant; Et in capitalibus dubijs Regij iudicij, antequam exsequantur; declarationem expectant; Quod jurisdictioni, ad interesse eorum non præjudicat.

Lib. Barones in suis Baronatibus jurisdictionem itidem satis amplam habent.

COROL

COROLLARIA.

- N**obilitas merum figmentum non est.
Ut enim inter lapides, metalla, herbas, arbores, animalia & alia aliis nobiliora; ita & inter homines natura fecit.
2. Nobilitas generis sine virtutis nobilitate manca est.
 3. Antiqua Nobilitas veneratione; nova etiã suã æstimatione digna censenda est.
 4. Expedit reip. multos esse nobiles.

Nobilissimo & Ornatissimo,

DN. JOHANNI SZEXNA/
Hereditario in Bolmsnäs & Estilstorp/de
ordine Equestri solertè & eruditè Disputanti.

Exornant Stella Cælum, ceu lumina, totum,
Et gratas referunt non sine luce faces.

Tu nostri **SZEXNA** es lumen, nostriq; Lycejs
Nobilis ornatrix, lucida stella, micæ.

Ordinis & celebris qua sit præstantia Equestris,
His Thesibus monstras, quasq; tuere probè:

Fælicem, facilemq; tibi, vita & studiorum,
Exopto cursum, Tu modo Vives, **VALE.**

Honoris & amoris Ergò L. M. q̄s
ÆSCHILLUS PETRÆUS D.



Felicissimi ingenii, variarumq; rerum doctrina, ut & temperatis moderatisq; moribus **JUVENI,**

DN. PETRO WARELIO

De ANTIQUITATE gentis Sueo-Gothicæ

laudabiliter publicè Disputanti, Amico suo veteri & singulari hæcæ apponere voluit.

Pagina nulla capit monumenta referre vetustæ
Arctor populæ Sueonum, nec saxæ Gothorum
Innumeros, stylus est runicus, cælata per annos;
Littera ritè tamen musco cooperta remansit.
Scaldorum comptos memini nos dicere rythmoso
Quale tuum nomen, laudes celebrare perennes.
Gens durata gelu, gens insuperabilis armis
Qui melius cecinit, quàm qua sua facta locuta est
Non lupa Pastoris Laurentia præbuit uxor
Ubera lacte suo connixis Marte gemellis,
Nec Rheæ Vesta fuit, Romulus nec condidit urbem
Grande Mavortii opus Gothici cùm Suecus haberet
Finibus erumpens, populo tam multiplicato,
Gentem igitur Gothicam, quã non antiquior ulla est
Antiquos populos Italos genuisse, Alemannos
Disceptans solidò, documenta revisere mandas
Temporis edocti, doctas iture per auras.
Doctorem mentem sequeris, lubet esse disertum
Majorum laudi, qui gens sunt prisca Gothorum.
Sic satagis proprio vitulum mactare cothurno,
Ut, quò fata trabunt, roveo, comitere Magister.